

aut ea philosophia multum habet sanctimoniae, aut praeclari sunt artifices qui illa sic norunt vti. Sunt et nunc haereses quaedam 85 scholasticae, de quibus fortasse praestaret non ita pertinaciter contendere vt orbis tumultu misceatur: praesertim quum nec magnopere conducant ad bonam vitam, nec officiant gloriae Christi.

Sed est haeresis quaedam, quae quanquam haeresis vocabulum non mereatur, tamen maximam perniciem adfert vitae mortalium ac 90 plurimum officit Evangelicae autoritati; quum ii qui profitentur philosophiam Christi, qui se gerunt pro summis ducibus ac proceribus totius populi Christiani, palam tota vita, totis studiis, totis conatibus, nihil aliud doceant quam ambitionem plusquam theatricam, auariciam insatiabilem, voluptatum audiditatem inexplebilem, bellorum furias, 95 caeteraque quae sacrae literae detestantur, quae ab ethnicis etiam philosophis improbantur. Non ista loquuntur quidem, sed efficacius est ista vivere quam loqui.

Quod nuper in colloquio significabas te cogitare de deponenda tyrannide tua, non probo tuum consilium. Posteaquam productus 100 es in proscenium, peragenda est fabulae pars quam tibi choragus iniunxit. Si vir bonus es, vt mihi persuasum est esse te, non tibi displicebit tua conditio quod videatur humilior, sed hoc nomine placebit, quod in ea liceat plurimum prodesse reipublicae. Offendunt te temporum horum tumultus. Sed interim quod boni 105 naucleri solent, ventis obsequundum est donec redierit serenitas; neque enim haec tempestas erit diuturna, vti spero. Bene vale, Nicolae charissime. Ex Anderlaco. prid. Cal. Septembr. [Anno millesimo quingentesimo vigesimo.]

1233. TO WILLIAM BUDAEUS.

Epistolae ad diuersos p. 651.

HN: Lond. xvii. 16: LB. 605.

Anderlecht.

<c. September> 1521.

[I cannot assign a more precise date to this letter than that it must fall between Erasmus' return from Bruges at the end of August (p. 552) and his departure to Basle about the end of October (p. 598).

For details of More's family see Ep. 999.]

ERASMVS ROT. GVLIELMO BVDAEO SVO S. D.

CVM proxime Brugis essem in celeberrimo Caesaris comitatu, in vno saltu multos cepi lepores, vt habet prouerbium, hoc est complures amicos eadem opera salutaui; sed imprimis non minus humanum quam magnum, hoc est non minus amandum quam

1232. 101. est H: est tibi F. 108. Anno . . . 109. vigesimo add. H. 1233. TIT. SVO om. H.

1232. 99. deponenda] Nicholas' proposal to resign his schoolmastership may have been connected with his subsequent difficulties about Lutheranism; cf. Ep. 616. 14n.

103. humilior] This view is combated by Erasmus in Ep. 237. 71-81 also. For encouragement to another schoolmaster just at this time see Ep. 1234.

1233. 2. prouerbium] Cf. *Adag.* 2563.

5 R. Card. Eboracensem, quem Regis sui nomine legatione fungentem
 Carolus noster plane regia quadam munificentia excepit. Aderant
 Cutbertus Tonstallus, Thomas Morus ac Gulielmus Montioius, praeter
 alios innumeros; quos ideo non commemoro, quod sciam eos tibi
 adhuc incognitos. Thomas Morus magnam spem animo conceperat
 10 vt Caleti in Gallica legatione te complecteretur. Cardinalis aduentus
 hoc nomine mihi fuit iucundior, quod sperabam fore vt tumultus hii
 qui inter summates orbis principes magno generis humani periculo
 vertuntur, huius prudentia atque autoritate componerentur. Verum
 vt nunc res habent, non video quid sperem, nisi *θεός τις ἀπὸ μηχανῆς*
 15 *φασὶ* nostra consilia vertat in melius. Sed hi regum motus non
 dirimunt Musarum foedera.

Sunt quorum rationibus conducit non optime conuenire Caesari et
 Galliarum Regi. Hii dissidii seminarium subiiciunt arte nimirum
 tyrannica, vt dum nos mutuis dissensionibus opes nostras attenua-
 20 mus, ipsi suam stabiliant tyrannidem. Diuinas, opinor, quos sen-
 tiam. Vtinam hoc prouideant vtrique principes, ne post emittant
 vocem illam serae prudentiae nimioque emptae, 'Non putaram'!

Est quod Moro gratuleris. Nam Rex hunc nec ambientem nec
 flagitantem munere magnifico honestauit, addito salario nequa-
 25 quam poenitendo. Est enim Principi suo a thesauris. Ea functio
 apud Britannos, vt est splendida cum primis atque honorifica, ita
 non admodum est obnoxia nec inuidiae nec molestis negociis.
 Erat competitor, homo sat gratus, qui sic ambiebat hoc muneris
 vt non grauaretur suo victu ciboque gerere. At Rex optimus
 30 hic certissimum in Morum fauoris argumentum dedit, qui non
 ambienti salarium etiam addere maluerit quam gratuitum magistra-
 tum admittere. Nec hoc contentus Princeps benignissimus equitis
 aurati dignitatem adiecit. Neque dubitandum est quin illum sit
 amplioribus ornamentis aliquando cumulaturus, quum sese offeret
 35 occasio: siquidem coelibes euehere longe procliuius est principibus.
 At Morus sic est admixtus ordini coniugum vt nec vxoris obitu sit
 emancipandus. Priorem enim quam virginem duxerat extulit, et
 hanc viduus viduam duxit.

Sed hunc Principis animum hoc magis gratulor Moro, quod quic-
 40 quid huic accesserit vel autoritatis vel gratiae, id existimem bonis
 studiis accedere: quibus ille sic fauet vt, si pares essent animo facul-
 tates, non deesset apud Britannos felicibus ingeniis candidus ac
 benignus Moecenas. Solent aulae principum idem facere quod

5. R. F: reuerendum H. 11. hii F Lond.: hi N³: ii LB. 18. Hii FN²: Hi HN³.
 19. H: dissentionibus F.

7. Morus] In writing to the Signoria from Bruges, 19 Aug. 1521, Gasparo Contarini mentions that he had invited to dine with him 'vno caualier Englese molto litterato, che se chiama messer Thoma Moro' (Brown iii. 302). Vives, too, met More at Bruges on this visit: see his preface to the *Declamatio qua Quintiliano respondet*, in his *Opera*, Basle, 1555, i. 252.

10. Caleti] As they had met at the Field of the Cloth of Gold in June

1520 (Ep. 1106. 93n): see T. Stapleton, *Tres Thomae*, 1588, Vita Mori, pp. 67, 207.

Gallica legatione] It entered Calais on Sunday, 4 Aug. 1521: see Brewer iii. 1462, 1467. But Budaeus was not a member of it.

18. Hii] Evidently the friars: cf. Epp. 998. 59n, 1215. 8.

22. Non putaram] Cf. Ep. 1161. 14n.

25. a thesauris] Cf. Ep. 1210. 10n.

28. competitor] I have no clue.

medici, qui corpus sibi traditum primum inaniunt, mox implent ac vegetant: nec dubito quin Moro nostro simile quippiam acciderit 45 hactenus. Quid tibi venerit vsu, tute melius nosti. Et tamen illius benignitatem senserunt ingenia, quum adeo non abundaret illi quod largiretur, vt aere grauaretur alieno.

Nec hac parte solum ornat studia, quod ipse doctissimus candide fauet doctis omnibus, verumetiam quod vniuersam familiam hone- 50 stissimis literarum studiis excolendam curat, nouo quidem hactenus exemplo, sed quod breui plures, nisi fallor, sint imitaturi: adeo feliciter succedit. Habet filias treis, quarum maxima natu, Margareta, iam nupta est iuueni, primum beato, deinde moribus integerimis ac modestissimis, postremo non alieno a nostris studiis. Omnes 55 a teneris annis curauit imbuendas primum castis ac sanctis moribus, deinde politioribus literis. Filiabus tribus quartam adiunxit puellam, quam benignitatis gratia alit, vt illis sit sodalis. Habet priuignam mira forma raroque ingenio puellam, annos iam aliquot nuptam iuueni non indocto, sed cuius moribus nihil sit magis aureum. Habet 60 filium ex vxore priore, natum annos plus minus tredecim, ex liberis natu minimum.

Ante annum visum est Moro mihi specimen aliquod exhibere, quantum in literis profecissent. Iussit vt omnes ad me scriberent, et quidem suo quisque Marte. Nec argumentum est suppeditatum, 65 nec in sermone quicquam est correctum. Etenim cum illi schedas obtulissent patri castigandas, ille velut offensus incommoda scriptura iussit vt eadem accuratius ac purius describerent. Id vbi factum est, ne syllaba quidem mutata literas obsignatas ad me misit. Crede mihi, Budae, nihil aequae sum admiratus. In sensibus nihil erat 70 ineptum aut puellare; sermo talis vt sentires esse quotidie proficientium. Hunc chorum amabilem vna cum sponsis duobus domi habet. Nullam illic videbis ociosam, nullam ineptiis muliebribus occupatam. Illis T. Liuius est in manibus. Nam eo progressae sunt vt autores huiusmodi legant et intelligant citra interpretem, nisi si quod incidat 75 verbum quod me quoque fortassis aut mei similem fuerat remoraturum.

Vxor ingenio magis ac rerum vsu quam eruditione valens, mira dexteritate moderatur omne collegium, ἐργοδιώκτου cuiuspiam vicibus fungens, pensum cuique praescribens atque exigens, neque sinens 80 cessare quenquam nec friuolis occupari.

Soles in literis tuis subinde queri quod tua causa male audiret philologia, quae tibi duo mala conciliasset, valetudinis ac rei fami-

57. puellam] Margaret Giggs; see Ep. 999. 174n.

58. priuignam] Alice, married to Sir Gyles Alington; see her letter to Margaret Roper, 17 Aug. 1534, printed in More's *English Works*, 1557, p. 1433.

61. tredecim] On this calculation John More was born c. 1508. But Erasmus' memory for figures was weak; cf. Ep. 1098 introd.

72. sponsis] Apparently Wm. Roper and either Wm. Daunce or Giles Heron; cf. Ep. 999. 174n, 175nn, 187n.

74. Liuius] For a recent edition, a copy of which Erasmus might have given to More, see Ep. 919.

79. ἐργοδιώκτου] The Septuagint word; translated 'overseer' or 'taskmaster'. But Erasmus took the word from Origen who uses it of Ambrose (pref. to vol. v of John Evang.: Migne iv. col. 185); see Erasmus' note on Jerome, Ep. 60. 1 (vol. i, p. 28, in his edition of 1524: not in 1516).

82. in literis] Cf. Epp. 435. 57-8, 100-133, 583. 95-115.

liaris dispendium. At Morus hoc agit vt omnibus nominibus et apud
 85 omnes bene audiat, hoc literis debere se praedicans, quod prosperiore
 sit valetudine, quod optimo Principi, quod suis et exteris charus et
 graciosus, quod re lautiore, quod sibi, quod amicis iucundior, quod
 patriae, quod cognatis et affinibus vtilior, quod ad aulae commercium,
 quod ad procerum conuictum, quod ad omnem vitae consuetudinem
 90 accommodatior, denique quod superis gratior. Primum male audie-
 bant studia, quod sensum communem adimerent addicto cultori.
 Nulla est profectio, nulla negocia tam multa, tam ardua, quae libellos
 Moro de manibus excutiant; et tamen vix alium reperiēs qui magis
 sit omnibus omnium horarum homo, qui ad obsequium facilius, ad
 95 congressus magis obuius, in colloquio magis alacer, quique tantum
 verae prudentiae cum tanta morum suauitate coniunxerit. Quibus
 rebus factum est vt quum ante paucos dies literarum amor ad omne
 vitae vel praesidium vel ornamentum haberetur inutilis, nunc nemo
 pene sit magnatum qui liberos vt maiorum imaginibus dignos
 100 agnoscat, nisi bonis literis eruditos. Quin et monarchis ipsis bona
 regaliū decorum pars abesse videtur, in quibus literarum peritia
 desideretur.

Iam neminem fere mortalium non habebat haec persuasio, sexui
 foeminino literas et ad castitatem et ad famam esse inutiles. Nec
 105 ipse quondam prorsus ab hac abhorruī sententia: verum hanc mihi
 Morus penitus excussit animo. Etenim quum duabus rebus potis-
 simum periclitetur puellarum castitas, ocio ac lasciuīs lusibus, ab
 horum vtroque literarum arcet amor. Nec alia res melius tuetur
 famam integram quam mores incontaminati; nec vllae firmitus castae
 110 sunt quam quae iudicio castae sunt. Neque vero improbo consilium
 eorum qui manuāriis operis prospiciunt pudicitiae filiarum. Verum
 nulla res sic totum puellae pectus occupat vt studium. Atque hinc
 praeter hoc fructus quod animus ab ocio pernicioso prohibetur,
 hauriuntur optima praecepta, quae mentem ad virtutem et instituunt
 115 et inflamment. Multis simplicitas et rerum inscitia pudicitiae iactu-
 ram attulit, priusquam scirent quibus rebus tantus thesaurus peri-
 clitaretur. Neque video cur maritis sit metuendum ne minus
 habeant morigeras, si doctas habeant; nisi si qui tales sint vt ea
 velint exigere ab vxoribus quae non sint exigenda a probis matronis.
 120 Imo mea sententia nihil est intractabilius inscitia. Certe hoc prae-
 stat animus cultura studiorum exercitatus, vt intelligat aequas pro-
 basque rationes, videatque quid deceat, quid expediat. Atqui prope-
 modum persuasit qui rem docuit. Ad haec quum iucunditas firmi-
 tasque coniugii magis ab animorum beneuolentia quam corporum

112. hinc H: hic F.

119. sint F: sunt H.

99. magnatum] Cf. Ep. 1220. 44-8. A very different account of the attitude of the 'generosi' in England is given by Pace in the preface to his *De Fructu*, pp. 15-16: 'studia literarum rusticorum filiis sunt relinquenda'.

100. monarchis] Such as Maximilian with his excursions into literature; or Henry VIII with his *Assertio* (Ep. 1227. 5n), which had just appeared. Cf.

Ep. 1225. 266-8.

103. sexui foeminino] With this commendation of the education of women may be compared the Colloquy, *Abbatissae et eruditae*, first published in the Froben edition of March 1524. More's daughters and Pirckheimer's sisters and Margaret Blaurer are there selected for praise. See also my *Age of Erasmus*, 1914, pp. 196-9.

amore proficiscatur, multo tenacioribus vinculis iunguntur, quos ingeniorum quoque charitas copulat. Magisque veretur maritum vxor quem agnoscit et praeceptorem. Nec ideo minus habebit pietatis, quia minus habet superstitionis. Equidem malo talentum auri puri quam tria talenta multo plumbo scoriaque viciata.

Audimus passim alias mulierculas sic a concione redeunt, vt praedicent mirifice fuisse concionatum qui dixit; ac vultum hominis graphice depingunt. Caeterum neque quid dixerit neque quale sit quod dixit recensere possunt. Hae tibi totam pene concionem ordine referunt, non sine delectu: si quid stulte, si quid impie, si quid extra rem effutiit ecclesiastes—quemadmodum hodie non raro fieri videmus—id norunt vel ridere vel negligere vel detestari. Atque hoc demum est audire sacras conciones. Cum huiusmodi demum vere iucundum est conuiuere. Plurimum enim ab istis dissentio qui coniuges non in alium vsum habent quam ad obsequium voluptatis, quam ad rem magis appositae sunt semifatae. Pectus habeat oportet, quae familiam contineat in officio, quae liberorum mores fingat ac formet, quae marito per omnia satisfaciatur. Caeterum cum proximo colloquio illud obiecissem Moro, [quod] si quid humanitus accideret, fore vt grauius disaceret earum desiderio, in quibus instituendis tantum insumpsisset operae; respondit incontanter, 'Si quid acciderit quod vitari non potest, malim eas mori doctas quam indoctas'. Moxque mihi venit in mentem Phocyonis, ni fallor, apophthegma, cui bibituro cicutam cum vxor acclamaret, 'Mi vir, innocens morieris': 'Quid' inquit, 'ais, vxor? An me malles nocentem mori?'

Interim illa cogitatio subiit animum meum, vt vos duos ceu duces quosdam eximios in hoc laudis genere componam, veluti si quis Camillum committat cum Scipione Africano. Tu et pluribus annis et iniquiore seculo cum literarum hostibus es conflictatus, hoc certe calculo Moro superior. Caeterum quod tu in filiis tantum ac fratribus ausus es moliri, hoc ille non dubitat et in vxoribus et in filiabus facere, fortiter contempta noui exempli inuidia. Quo nomine vicissim ille te praecellit. Tu rursus libris aeditis vtriusque literaturae prouentum magis auxisti quam ille; copiosius etiam, vti nobis pollicemur, in posterum aucturus, si modo coeperis opes tuas e scriniis depromptas in populum elargiri. Quanquam et a Moro magnum aliquid expectat iuuentus, quod ille multum adhuc absit a senectute, et patrem habet non minorem, arbitror, annis octoginta, mire virenti senectute, vt vix alium reperias qui bellius gestet aetatem. Vnde licet et Moro longaeuitatem ominari. Video qua in re plurimum adiumenti possis adferre Graecanicis studiis, nimirum si copiosissimo Lexico nobis non tantum recenseas vocabula, verumetiam idiomata et

140. magis *F* Corrig.: nugas *F*.149. ais *H*: agis *F*.

133. Hae] More's daughters.

162. octoginta] But cf. Ep. 999. 61n; and, for a like estimate, Ep. 1211. 538-9.

166. Lexico] For the demand for Greek lexicons at this time see the preface contributed by Erasmus (Ep. 1460) for Froben's. Despite the immensity of the task (cf. Ep. 1325. 46-53)

Budaeus did not overlook this suggestion. Besides the assistance which he gave to Dumaine (Ep. 1460n), he himself produced *Commentarii linguae Graecae*, Paris, Badius, Sept. 1529. These, which served as the model for Dolet's similar work in Latin, Lyons, S. Gryphus, 1536-8, consist of interpretations of

Graeci sermonis tropos non quibuslibet notos et obuios explices. Est quidem, fateor, hoc argumentum humiliter et infra tuam dignitatem; sed arbitrator esse boni viri publicae utilitatis gratia semet aliquo
170 vsque demittere; quod a sapiente suo exigit Plato.

Aleander iam diu apud nos est, sed huius hactenus nobis maligna fuit copia, quod saterit in hoc Lutherano negotio: in quo sane fortem ac strenuum virum se praebuit. Hoc ubi defunctus erit, imo quia iam prope defunctus est, licebit aliquoties hominis consuetudine frui, non minus amoena quam erudita. Viues in stadio literario non minus feliciter quam gnaviter decertat; et, si satis ingenium hominis noui, non conquiescet donec omnes a tergo reliquerit. Amo vos omnes quod Brixium vestro consilio viceritis, et illum amo quod se amicorum iudiciis permiserit. Morus adeo nihil molietur hostile,
180 vt ne meminerit quidem superioris conflictatiunculae. Valde mihi placuit quod ad exemplum tuum sese bilinguibus epistolis exercet; nec dubito quin illi sit successurum quod tu sane iuueniliter sed felicissime primus es ausus, et apud Gallos et hoc seculo. Eius literis non minus humanis quam eruditis respondebo, si quid dabitur oculi.

185 Haec scripsimus ex rure Anderlacensi, quando tuo exemplo provocati coepimus et ipsi rusticari; sed vtinam liceat et tuo exemplo aedificare! Vtunque habet, sic mihi successit haec rusticatio vt posthac singulis annis eam sim repetiturus. Bene vale.

Anno M.D.XXI.

1234. TO JOHN SCHUDELINUS.

Epistolae ad diuersos p. 536.

HN: Lond. xiv. 6: LB. 592.

Anderlecht.

4 September 1521.

[The year-date may be taken as confirmed by Erasmus' residence at Ander-

170. sapienti H.
M.D.XXI add. H.

174. est add. H.

176. et F: at H.

189. Anno add. N.

words, with examples, and are arranged partly by subjects and partly by roots, though with an alphabetical index. But at the end of his life († 1540) he was collecting materials for a Greek dictionary, of words and phrases. These seem to have passed through the hands of his pupil, J. Tusanus († 1547: Ep. 810. 450n); whose pupil published posthumously an alphabetical *Lexicon Graeco-Latinum*, Paris, C. Guillard, 1552, under Tusanus' name. Before long an almost identical *Lexicon* appeared at Geneva, J. Crispinus, 1554, with Budaeus' name on the title-page. The editor, Claudius Baduellus, late Rector of the College of Arts at Nîmes (1491-1561: see a life by M. J. Gaufres, 1880), states in his preface that he had received Budaeus' notes from his son, John. But the additions seem to be few; so that the book is little more than a reprint of the Paris volume.

170. Plato] Rep. 7. 519.

171. Aleander] He had been in Brussels since 11 July, except for a visit to Bruges (cf. p. 551), from which he returned on 2 Sept.: see Balan, pp. 273, 283, 285. For Erasmus' attitude towards him at this time cf. Ep. 1195. 47n.

174. licebit] This implies that the interview at Brussels on 6 Oct. (see p. 591) had not yet taken place.

175. Viues] He was now engaged with Augustine, *Civ. Dei*; for which Erasmus wrote a preface (Ep. 1309).

178. viceritis] in persuading him not to carry the quarrel with More further: see Epp. 1045, 1087, 1093, 1096, 1117.

181. exercet] sc. Brixius.

183. literis] Not extant.

186. rusticari] Cf. Ep. 1208. 1n.

187. aedificare] See Ep. 435. 136n.

188. repetiturus] Perhaps another indication of Erasmus' intention of returning to Brabant after his visit to Basle: see Ep. 1209. 4n.